

DANUBIUS PANNONICO- MYSICUS,

Observationibus

GEOGRAPHICIS, ASTRONOMICIS,
HYDROGRAPHICIS, HISTORICIS,
PHYSICIS

PERLUSTRATUS

Et in sex Tomos digestus

AB ALOYSIO FERD. COM. MARSILI

Socio Regiarum Societatum Parisiensis, Londinensis, Monspeliensis.

TOMUS QUINTUS.



HAGÆ COMITUM, Apud P. GOSSE, R. CHR. ALBERTS, P. DE HONDT.
AMSTELODAMI, Apud HERM. UYTWERF & FRANÇ. CHANGUION.

M. D. C. C. XXVI.

A' Neuenk. Museum am felaj. inton.
Kolosvár 1^o September 1857
H. probam. minon. illip.
harai. üzv'd

ERDÉLYI MUZEUM
KÖNYVTÁRA



TOMUS V.
DE
AVIBUS
CIRCA AQUAS
DANUBII
VAGANTIBUS, ET DE IPSARUM
NIDIS.

Tom. V.

*

PRAE-

V S U M O T

D E

A V I A U S C

C I R C A A O N A S


D A M A N B I



2 1 0 1 1



PRÆFATIO.



Uum provida Natura præ cæteris Avium genus tantâ felicitate beaverit, ut alis suis nubes transcendere, pedibusque ad natandum aptis Undas secare, atque Terram perambulare queant; nobilitas, ac fors earum ex cunctis animalibus excellentior quoque multò habenda est: adeò ut ab illis invidenda aliquatenus ipsæ videantur. Quamvis non omnes æquè hujusmodi simul qualitatibus gaudeant, Alas enim omnes expandere; natare verò in Aquis, aut bene progredi in Terrâ, aliquæ saltem possunt. Et qui Naturæ hoc genus aërium rimari, ac specialem de iis Historiam condere sibi præfixerunt, communiter inter se ita distinguere confueverunt, ut aliquas earum aquaticas, reliquas verò terrestres nominibus suis insigniverint. Nos postquam rei nostræ esse volumus, de Aquaticis solis, in Operis hujus parte commemorare, circa Danubium, & Tibiscum, magno numero, & diversis generibus existentibus: ideo & limites non transgrediemur, ac has saltem producemus, quas institutæ semel ordo Historiæ a nobis exigit.

Quamvis autem major pars earum, Auctorum Libris jam extet, nonnullæ tamen quoque sunt, quas alibi litteris consignatas, aut Figuris expressas dari haud credamus. Has igitur, atque illas, quum arte pictoriâ, quantum fieri potuerat, ad naturam, ac primas istarum formas genuinè exprimi curaverimus; ideo in dubio amplius non versamur, an ne potius cunctæ, vel aliquæ saltem earum in publicum sint emittendæ.

Nostri itaque propositi Aves (cum Francisco Willugbeio) distinguimus: Primò, in tales, quæ circa Aquas vagantur, illis tamen non innatant. 2º. quæ Aquas innatant; has modò dictas subdividimus in *Fissipedes-Longicrures*, & in *Palmipedes-Brevicrures*.

Tom. V.

A

Ulte-

Ulterius quoque procedendo eas dividimus in Advenas, & Inquilinas. Advenæ nobis dicuntur, quæ tempus suum observant, veniendo, & discedendo. Namque tempore æquinoctiali verno a Meridie Septentrionem versùs se conducunt; ad Paludes nostras admirabili cum conventu cujusvis speciei: tempore autem æquinoctiali rursus recedunt ad Meridiem. Inquilinæ nobis sunt istæ Aves, quæ tam tempore æstivo, quam hyemali aquas istas frequentant.

Ambo verò hæc genera, cùm sint diversæ naturæ, diversos inde quoque fibi in alimenta legunt cibos; ac quælibet species specialem eundem habet quoque: vescuntur enim nonnullæ Piscibus, aliquæ herbis, luto, aut infectis aliæ, & appellamus illas Piscibus vescentes, *Piscivoras*. (Quæ ex omnibus Aquaticis graviùs olent.) *Limosugas* eas, quæ e Limo, aut Terrâ pingui, & humidâ oleofum quiddam exsugunt, quo præcipue vicitant; (quare Caro earum etiam tam delicata est, ut intestina ipsa esculenta fiant etiam a fæcibus non repurgata). *Insectivoras*, quæ infectis. Semina quæ legunt, vel pascuntur Herbis, *Seminivoras*, *Herbivoras*ve.

Sunt autem longis cruribus, eædem illæ conspicuæ, quæ Limo, aut infectis plerumque se nutriunt: *Palmipedes* verò, & *Brevirostræ*, quæ pro cibo habent herbas, folia, semina, aut Pisces.

Atque opus erit, eas cunctas (quamquam cunctas habere vix potuimus) ordine exponere, novas verò, totali quâdam descriptione cum adjectâ Figurâ noviter explicare.


De Nidificatione etiam, quæ nemini hucusque præcisè in curam venit, cùm tamen maximè necessarium, & istud quoque fuerat addidisse, seorsim quoque aliqua tradere primi aggressi sumus; siquidem Domicilia illa, seu Nidi structurâ suâ ita gratè variant, uti in Arboreos, Terreos, Natantes, *Casaritios*, Arundinaceos, Cavernales, Lutosos eos dispescere, par ratio fuerit; quia quodlibet genus, ad eum modum, qui Naturæ suæ magis convenit, hic, illuc sedes fibi solito struit. Et differunt quoque, tam quoad magnitudinem, quam formam, ac materiam, ac quia Nidis demum, ova imponunt, quæ peperere ad speciei suæ infinitam multiplicationem, quæ nec minus discrepantia invicem sunt, horumce etiam Corpora, Corticem, Colorem, & cætera subjunximus, sed de his singulis, suo loco.

Hisque omnibus præmissis, ipsum opus aggrediemur Clarissimi Willugbeji vestigiis, quoad methodum omnino non tantum insistentes, sed ex ipsius, necnon cæterorum Ornithologorum monumentis descriptiunculas exhibentes singularum præfertim Avium, quæ iis notæ extiterunt, quod eò libentiùs efficiemus, quò pergradum id percommodumque futurum remur illis Naturæ Mystis, qui hisce nostris lucubrationibus sunt usuri. Cæterarum porrò Avium, quas apud ipsos descriptas non invenimus, & nobis tamen observare datum fuit, omni momento absolutas descriptiones, quantumcumque valebimus, tradere annitemur.

Quò verò in formâ Naturis suis convenienti, divisio earum citius spectari possit, ordinavimus hanc Tabulam.

AVIUM

AVIUM DANUBIALIUM ET TIBISCANARUM AQUATICAR. TABULA.



AVIVA MUNICIPIUL TIBLIGAȚI

3



MACV

II



III

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

Dacă nu ești sănătos
nu te uită sănătos sănătos

AVIUM AQUATICARUM
CIRCA
DANUBIUM
ET
TIBISCUM
FREQUENTIUM
CLASSES.

Tom. V.

C

CLAS-

C L A S S I S . I.

ALITES AQUATICI,


FISSIPEDES,

MAXIMI SINGULARES,

ET SUI
GENERICI

F I G U R A I

GRUS, ΓΕΡΑΝΟΣ Græcis.




Uic Avi Corpus grande (collum eidem longissimum esse, notius est, quām ut scribi debeat.) Crura longissima. Tibiae nigræ. Rara, & præcipue notabilis, immo admiratione digna est, asperæ arteriæ conformatio, foramine nempè ad id excavato, sternon profundè ingreditur, inibique aliquoties reflexa eodem iterum foramine egreditur, & ad Pulmones tendit: Carnis fapor delicatus, & ventriculus musculosus, Avem hanc minimè *Piscivoram* esse arguunt, sed omnino *Granivoram*, aut *Herbivoram*.

GRUES ab ARDEIS, differunt primò ungue medii digiti, minimè serrato: 2°. Magnitudine, quā illas superant: 3°. Rostro breviore: 4°. Ventriculo musculofo: 5°. Appendicibus, seu Intestinis, cæcis, binis: cùm Ardeæ singulas habeant: 6°. Mirâ asperæ arteriæ revolutione.

Cujus accuratam, fusamque Descriptionem cum omnibus suis numeris legere poteris ex Ornithologiâ WILLUGBEI, ipsiusque Lib. III. Part. primâ, Sect. primâ, Cap. primo, §. primo, pag. 200.

CLAS-

GRVS.





8 DE AVIBUS DANUBIALIBUS.


C L A S S I S II.

A V E S A Q U A T I C Æ
F I S S I P E D E S P I S C I V O R Æ.

I.

D E A R D E I S.

E X W I L L U G B. E T J O N S T O N I O.



Uic Avis generi sunt colla longissima, rostra quoque longa, valida in acutum desinentia ad pisces faciendo, & sub aquis latitantes extrahendos. Crura perlonga, ut aquas altius ingrediantur: digiti tandem, præsertim posticus, longissimi, ut in Flaviis firmius stare possint. Ungues satis grandes, & adunci, medio ab interiori latere serrato ad anguillas aliaque lubrica firmius retinenda, vel quia etiam arboribus insident. Corpus plerumque macilentum & strigosum ob pavorem, & solicitudinem continuam.

Ardearum autem Familia hâc certissimâ notâ ab aliis omnibus Avium generibus distinguitur, quòd nimirum intestinum cæcum unicum, & simplex singulæ obtineant, quadrupedum more, cùm aliæ Aves gemina noctæ sint.

F I G U R A I.

A R D E A
C I N E R E A M A J O R.

E X J O N S T O N I O.

HÆc Ardeæ species majorcinerea, quæ est Aristoteli Pella, seu pulla, & fusca, rostrum habet longum propè frontem crassum, quod ita tenue pedetentim evadit, ut tandem velut in acum aliquam magnam definat. Capiti cinereus cirrus ex tenebris pennis insidet, quia syncipite incipiens sursum supra oculos per verticem erigitur. Digitus posticus longiusculus est, & ferè anticus longitudine æqualis.

Tom. V.

D

FIGU-



ARDEA CINEREA
Major.

FIGURA II.

A R D E A
C I N E R E A
M I N O R.
E X W I L L U G B.

HUic Avi, quæ Nycticorax a Gesnero non tantum, sed apud Germanorum vulgus appellatur, eo quia internoctu clamat voce absonâ, & tanquam vomitentis, collum est præcedenti multò minus, & brevius. Dorsum ei, & vertex nigra, collum cinereum. Gula, & venter lutescunt. Ab oculis ad rostrum linea alba extenditur. Ab occipite crista, plumæ seu cirri quinque digitos longi, dependent. Alæ, & cauda cinerea. Rostrum nigrum. Pedes ex flavo virescunt.

ARDEA CINEREA
Minor.




FIGURA III.

A R D E A
A L B A
M A J O R.
EX WILLUGBEJO.

Albardeola Gesneri quoque hæc Avis dicitur, uti apud Venetos *Garza*, & *Airon bianco* vocatur, hæc Avis, quæ colore undique candidissimo, & planè niveo donatur. Pennarum remigum numerus ipsi est circa 27. caudæ 12. Mensura caudæ digitorum $6\frac{1}{2}$. crista caret. Rostrum, ut in Ardeis Cinereis, ex croceo flavicans. Palpebrarum tarsi, & spatium nudum, oculos & rostrum interjacens, viridia. Oculorum irides pallidè flavescent. Tibiæ supra articulos aliquoufque nudæ. Pedes, & unguis nigricant. Extimus digitus medio ab exortu ad prium usque articulum, membranâ adnexus. Unguis medii ab interioris Lateris margine dentatus. Sterni figura arcuata, ut in aliis Ardeis. Dorsi vertebræ sex aut septem. Colli vertebræ ad quartam deorsum flectuntur, deinde omnes sursum.

Cystis fellea magna: in furculâ appendix triangularis. Ex pinguedine Oleum conficitur adversùs flatus, ac alios morbos.

ARDEA ALBA
Major.




FIGURA IV.

A R D E A
A L B A
M I N O R.
EX WILLUGBEJO.

Eadem est hæc Ardeæ species, ac Ardea alba minor sive *Garzetta Gesneri*, & *Leucordios Aldrovandi*. A majore verò differt, quod longè minor sit, quodque cristam habeat, quâ illa caret. Coloris est undique toto corpore candidissimi veluti major. Ab occipite crista dependet. Ad oculos spatium nudum viride, rostrum $4\frac{1}{2}$ digitos longum nigricat. Oculorum irides pallidè luteæ. Lingua brevis. Pedes virescunt, sed interdum cortice nigricante obducuntur, qui desquamari potest. Tibiæ supra articulos aliquousque nudæ, & altius quam in priore. Extimus digitus medio ab exortu ad primum usque articulum, membranâ intercedente connectitur. Medii unguis pariter denticulatus ut in aliis. Appendix intestinorum ut in reliquis unica. Cystis fellea magna.

Tom. V. Tab. 5.

ARDEA ALBA
Minor.



FIGURA V.

A R D E A
S T E L L A R I S
W I L L U G B E I.
EX WILLUGB.

STellaris Ardea quæ est Taurus Plinii, Butorius & Botarius recentioribus, & Ocnus Aristotelis Ardeæ cinereæ magnitudine non multùm cedit. Caput habet parvum, angustum seu compressum ad latera. Vertex niger ipsi est; ad angulos oris macula utrinque nigra. Gulæ, & Colli latera ruffescunt, lineolis angustis transversis nigris. Collum prælongis pennis vestitum & brevius & majus multò videtur quàm re verâ est. Longiores ad pectus plumæ mediis nigræ. Femora parte interiore & infimus venter ex albo pallidè ruffescunt. Exteriore parte femora etiam maculis nigris varia. Dorsum varium ex pallidè ruffo seu xerampelino & nigro (admixto quoque cinereo) maculis, & lituris nigris majoribus, quàm in reliquo corpore. Fundi pennarum gulæ albi.

ARDEA STELLARIS
Willughb.



FIGURA VI.

A R D E A
S T E L L A R I S
T E R T I U M G E N U S .

E X A L D R O V A N D O .

A Vis hæc undique sibi concolor est, nempe subruffa, pronè minùs, supinè magis. Rostrum habet palmi longitudine, coloris crocei, rectum, acutum. Superior mandibula parumper adunca est in fine, & inferiori longior cum aliquâ nigredine. Vertex ipsi est niger, collum ferrugineum duos palmos longum. In dorso nigricat, & in caudâ, cuius infimum Uropygium album: est autem brevissima. Alæ partim ferrugineæ partim albæ. Crura dodrantem unum explet. Oculorum iris lutea est.



ARDEA STELLARIS.
Tertium Genus.

FIGURA VII.

A R D E A
C I N E R E A
F L A V E S C E N S.
N O V A S P E C I E S.

NObis obvia venit species Ardearum isthæc, nova: cuius in Willugb. parem non invenimus, aut similem, quoad constitutionem, seu formationem corporis. Quadrat quidem hæc Avis cum Ardeâ cinereâ majore, præcedente; colore autem maximè diversa est: nullam enim, primò, habet Cristam; & gaudet capite deinceps, & Rostro longiori, & crassiori; ac inferior pars Rostri cum basi superiori, flavescit. Oculos habet grandes, iridibus magnis: collum cinereum, lineolisque nigricantibus notatum, ac inferius maculis, sive Pennulis fuscè-flavis egregiè aspersum; quæ per totum Pectus excurrunt. Venter imus, cinerascit; magis tamen in fine, seu circa principium caudæ pallescit; quæ cauda supernè rubrè-fusca est, ut & dorsum. Remiges alarum fuscescunt, seu potiùs nigrescunt. Scapulare tergus vestitum est pennulis fusco-flavis. Femora cinerea sunt: Pedes verò, quoad colorem murei, & aliquatenus fusti. Cætera concordat cum illâ alterâ; quam confer.



ARDEA CINEREA
Flavesens.


FIGURA VIII.

A R D E A
V I R I D E -
F L A V E S C E N S.
N O V A S P E C I E S.

EST hæc species Ardearum non solum colore, sed & naturâ Corporis discrepans a cæteris. Rostrum enim non excurrit 3. Digitorum mensuram; supernè obscurè-fuscum; infernè verò, flavum. Oculi sunt nigri, iridibus albis. Mentum, & aliqua pars Colli albent. Vertex, cum reliquo Collo, Pectore, ac Ventre flavescit; fuscis Lineolis traductus. Dorsum magis etiam fuscescit, & ipsæ Alæ, paulò magis quoque flavefiunt; quibus tamen aliquæ Lineolæ fuscae inspersæ sunt. Cauda nimis brevis est, & formatur Pennulis albicantibus, & quasi pilosis. Femora, 4. digitos longa sunt; & vestiuntur pennis fuscè-albicantibus. Pedes autem planè fusi, ac digiti pronè flavescunt.

Lam. V. Tab. 9.

ARDEA VIRIDE-FLA-
VESCENS.








ARDEA FVSCA.

FIGURA IX.

A R D E A
F U S C A
N O V A S P E C I E S .

Corpore hæc crassior est præcedente, & a vertice ad extremitatem usque uno eodemque colore Pennæ notatæ sunt. Constant enim fuscis nigris flavican-tibus Lineolis, mixtim positis: sed tamen Gula, & Pectus albescunt. Rostrum supernè fuscum; infernè autem flavum: pedes sunt murei, ac Lineolis quibusdam atratis notati. Digitæ, aliquatenus flavescent: Pennæ de cætero, quasi pilosæ ap-parent.

CICONIA



II.

C I C O N I A
E X W I L L U G B.

NON multum abludit ab Ardeis Ciconia; huic tamen Collum brevius, & crassius quam illis est. Caput, Collum, & pars anterior alba, Vropygium & alarum externa facies nigra. Venter albus; Pennae alarum remiges nigræ: cauda alba; Rostrum longum, rubescens, Ardeæ Rostro simile: Pedes longi, rubentes, ad genua ferè seu secundum articulum nudi. Digitæ ab exortu ad primam usque juncturam membranâ connectuntur. Colli vertebræ 14. Ungues habet latos, humanis similes, quales Ibidi Ægyptiacæ albæ tribuit Herodotus, medius tamen minimè ferratus est.

PLATEA *sue* PELICANUS

Aldrovandi

Leucorodius *seu* ALCI
ARDEOLA Willughbej.



III.

PLATEA
SIVE
PELICANUS
ALDROVANDI;
LEUCORDIUS,
SEU
ALBARDEOLA
WILLUGBEI.
EX WILLUGBEJO.

P latea avis, quæ & Plataea a Gesnero, & apud Italorum vulgus *Beccaroveglia* appellatur, coloris est per totum corpus, instar Cygni candidissimi. Ultra oculos rostrum versùs nec plumas nec lanuginem habet, ut in Ardeis & Corvo Marino. Angulus porrò mandibulæ inferioris nudus ipsi est, quod fortè in hac Ave singulare est.

Pennarum alæ Remigum prima nigricat. Secundæ pinnulæ tantùm ad scapum exteriore, seu exterior a scapo medietas, & interioris apex. Tertiæ apex tantùm. Quarta adhuc minus nigricat. Eodem modo & in secundo ordine tegetes inferiores apicibus, & scapis nigræ; cauda perbrevis.

Rostrum figuræ singularis & insolitæ; planum, & depresso prope extremitatem in circularem ferè figuram dilatum ad similitudinem Cochlearis, unde & Avis ipsa Cochlearia a Belgis dicitur.

Tom. V.

O

CLAS-



GALLINAGO MAJOR
CINEREA *Mas.*

30 DE AVIBUS DANUBIALIBUS.

CLASSIS III.

AVES AQUATICÆ
LIMOSUGÆ,

ROSTRIS TENUIBUS LONGISSIMIS RECTIS.

I.

FIGURA I.

GALLINAGO
CINEREÀ
M A J O R.

M A S.



On solum Corpore major, sed & magis dissimilior est speciebus cæteris. A base Rostri autem ad finem usque Caudæ, colore mureo, per Pectus, Collum, ac Caput quoque, Pennulae insuper luteæ, aliæ sunt immixtæ. Scapulares Alarum Pennæ fuscescunt: per totas verò Alas, Mureæ Pennæ, cum fuscis, pulcherrimè alternant. Remiges planè colore fusco tinguntur, exceptis molliculis quibusdam Plumis, quæ eas tegunt, albicantibus. Femora, Pennulis Mureis vestiuntur: cum Pedibus, & illorum digitis, magis in hac, quàm in alterâ specie fuscescentibus. Oculi, iridibus albis, nigrescunt. Ros-trum 7. digitos longum, in fine nigrescit, in basi verò, ex fusco flavescit.

Tom. V.

P

FIGU-



GALLINAGO MAJOR
CINEREA *femina*.

FIGURA II.

GALLINAGO
CINEREA
MAJOR.
FOEMINA.

PRiori non multum absimilis est excepto hoc, quod Caput, Collum, ac Pectus, Pennulis fuscè-undantibus, sint inspersa; Pedes, & illorum digiti, ceu Plumbum, magis livescant; Circellis compluribus, nigricantibus, hic, illic cingentibus.

Tom.V.Tab.15.

GALLINAGO VULGAR.
(Minor.)




FIGURA III.

GALLINAGO
VULGARIS
MINOR.

AD formam reliquarum Gallinaginum est facta, & per totum Corpus, æquater colorata: Maculis enim fuscis, nigris, albicantibus, ac mureis, certitetur: Pedibus nigris. Alioquin tota ipsius magnitudo, Merulam, haud superat; ac Rostrum in longitudine 4. digitorum protenditur.

Barge,
S.
ÆGOCEPHALUS Bellonij
FEDOA, Gesneri.
Rusticula Aldrovandi
Scolopace Major.



II.

FIGURA I.

B A R G E

S E U

ÆGOCEPHALUS

BELLONII,

FEDOA GESNERI,

RUSTICULA ALDROVANDI,

SCOLOPACE MAJOR.

HUic Avi caput est ex ruffo-cinereum mediis plumarum nigris. Supra oculos albet. Collum, & Gula rufescunt. Pectus sordidè albet. Dorsum ruffo, nigro, & albo varium est, mediis pennularum nigris, fimbriis ex albo rufis. Mari gula, & pectus lineis transversis nigris depicta; Feminae gula, & collum cinerescunt. Uropygium totum ferè album maculis nigricantibus aspersum.

Remiges alarum majores nigræ scapis albis. Reliquæ uti & secundi ordinis pennæ apicibus, & fimbriis ex ruffo cinerescunt. Minores Alarum tegetes corpori concolores.

Rostrum ad basim albicat, versus extremitatem nigrum est, pro avis magnitudine etiam Gallinaginis rostro longius.



NUMENIUS sive ARCUATA,
Colore Atro-Cinereo.

38 DE AVIBUS DANUBIALIBUS.

CLASSIS IV.


AVES AQUATICÆ
LIMOSUGÆ,

ROSTRIS TENUIBUS LONGISSIMIS CURVIS.

I.

FIGURA I.

NUMENIUS
ALDROVANDI
SIVE
ARCUATA.
EX JONSTONIO.



Rquatum ab Arcuato rostro sic dictam, Numenium veterem qui fortè à Neomeniâ, quòd Rostri figura arcum Lunæ recens à novilunio crescentis in cornua repræsentet, ita dicitur esse Genus credit; Bellonius Elorium Aristotelis conjicit. Rostrum habet circiter octo digitos longum post tres digitos flecti deorsum incipiens, nigrum. Pennas coloris fusci varias, & quibus maximè fulgent instar serici villoſi, quæ inter alas, & dorsum sunt, in medio nigræ, in circuitu per interstitia subruffæ. Digiſi sunt fissi, sed aliquatenus membranâ conjuncti; quæ etiam utrinque juxta digitos descendit, & inferiorem digiti partem dilatat. Lingua pro tantâ rostri longitudine brevissima est, & sagittæ effigiem repræsentat. Femina est aliquando minor, & maculæ illæ, quibus totum corpus respergitur, in hâc magis fuscescunt. Omnia verium genere vescitur, eosque in plantis quibusque quærit. Turmatim volant, ova pariunt quanta Gallinæ, quaterna pallida, mense Aprili Carnem habent sicciam, solidam, Leporinæ similem.

Tom. V.

T

FIGU-



ARCUATA Minor
Runiceo Colore, Pectore
Direscente.

FIGURA IL

ARCUATA
MINOR.
PUNICEO COLORE,
PECTORE VIRESCENTE,

IN omnibus Arquata minor cum prædascriptâ convenit præterquam in magnitudine, & plumarum colore; hæc enim præcedente satis minor est, puniceisque plumis, per totum ferme corpus, si pectus excipias, quod eleganti viridi colore insignitum conspicitur, donatur.



FALCINELLVS
Gesneri Aldrov.
Colore Furvo.

II.

FIGURA I.

FALCINELLUS
GESNERI,
ET
ALDROVANDI,
COLORE FURVO.

FAlcinelli nomine insignitur hæc Avis, quod arcus aut Falcis speciem rostro imitetur. Corpus ipsi est ad Ardearum magnitudinem accedens, eleganti colore viridi ferè, alicubi etiam puniceo admixto, ut in Vanello ave, variante scilicet colore pro diversâ ad lucem obversione, capite & collo fusco, sed superior pars colli anterius albicat maculis nigris intervenientibus; rostrum oblongum, tenuē, & anterius Falcatum, sicut Arquatæ, & Corvo nigro sylvatico. Crura oblonga, pedes fissi. Aliqui Ardeam nigram Italicè *Ayron negro* vocant. In colore per aetatem hæc Avis aliquid mutare perhibetur. Haec tenus Gesnerus. Hinc nil mirum si hæc a nobis circa Danubium observata per totum ferme corpus, potius furvo, quam præfatis coloribus prædita existat.




FALCINELIVS
Crouncos-Isyridis;
ARDEA. Specie.

FIGURA II.

FALCINELLUS
PUNICEO-
VIRIDIIS;
ARDEÆ SPECIE.

Statura propemodùm quadrat, cum præcedenti. Color tamen differt quàm maximè; namque corpus undique obscurè-Puniceo colore relucet; & maculis virescentibus conspersum est. Collum, venter, femora cum caudâ, pillosis quasi Plumulis confita: ac Humerales Alarum partes circumdant, Pennulæ virescentes. Oculi Iridibus albis nigrescunt. Pedes cum suis digitis, cinerei, splendentes: de cætero verò toto corpore aliquatenus habitior apparet præ istâ.

HIMANTOPVS
Plinij.




C L A S S I S V.
A V E S
A Q U A T I C Æ
N O N
P I S C I V O R Æ

ROSTRIS TENUIBUS, MEDIÆ LONGITUDINIS.

I.

F I G U R A L.

H I M A N T O P U S
P L I N I I.




Imantopus, quæ a flexilitate crurum ita dicitur, rostrum digitos ferè quatuor longum habet, Caput parvum, collum digitorum quinque, reliquum corpus, quod leve, & gracile est, instar Avium palustrium ferè, quas Gallinulas Aquaticas vocamus, digitorum sex, caudam quatuor, crura quindecim. Color rostri nigricat, in Capite, & collo prono fuscus. Dorso, & Alis Niger, parvo subviridi admixto, si diligenter intueris, cauda cinerea. Partes pronè omnes, & latera quoque albi coloris sunt. Crura sanguinea digitis dumtaxat ternis, sicuti aliquibus aliis Avibus observatur, quorum medius longiusculus, brevissimus interior. Jungitur autem medius cum exteriore brevissimâ membranulâ, tanquam palmi pedum. Poplitum cavitas insignis est, articulo tam flexili, ut in sceleto etiam tibia ad femur tota reflectatur. Videtur fanè non cursu tantùm valere, sed etiam volatu hæc Avis: quoniam oblongæ ejus Alæ sunt ita ut longissimæ earum pennæ caudam, seu uropygium, duobus aut amplius digitis excedant.

Tom. V.

Z

II.



Tringalis Major;
Aldrovando.
Gracris, Baltnero.
Tenuis, Totano.

II.

FIGURA I

PLUVIALIS
M A J O R
ALDROVANDO,
GLOTTIS , BALTNERO,
VENETIS TOTANO.

EX WILLUGBEJO.

HUic Avi rostrum est nigrum, ad angulum tamen mandibulæ inferioris rubrum, tenue ab apice ad angulos oris $2\frac{1}{2}$ digitos longum. Color in supernâ parte capitis, colli, alarum, & scapularum, dorsi anterioris varius ex fusco, & cinereo seu albido. Summi Capitis plumarum oræ extremæ albent, mediæ nigrefcunt. Prona pars tota albet, ut & infimum dorsum seu Uropygium. Pennæ alarum 26. fuscæ omnes; quinque exterioribus obscuriores, pinnulis interioribus punctulis albentibus conspersis; interiores pallidiores, guttulis albis maculofæ. Cauda 3. plus digitos longa, 12. pennis composita, transversis lineis, seu spaciis fuscis, albis externis undulatis varia. Crura longissima, supra primum articulum ad duos usque digitos plumis destituta. Color, inter viridem, & lividum, seu plumbeum medius. Posticus digitus parvus: ungues nigri. Extimus digitus medio ad sui exortum adnexus.



GALLINULA ERYTHRO-
PUS, Major, Gesneri.

III.

FIGURA I.

GALLINULA
CRYTHROPOUS
MAJOR GESNERI.
EX WILLUGBEIO.

Magnitudine est inter Vanellum, & Gallinaginem minorem mediâ, ad Pluvialem ascendens. Caput, & dorsum ex fusco cinerea, nigro maculata. Colli medium magis cinereum. Gula albo, & nigro varia maculis, seu lituris nigris, secundùm longitudinem pennularum productis. Albus autem color nonnihil ruffi admixtum habere videtur. Pectus magis album, rarioribus maculis, usque transversis. Cauda, & pennæ Caudæ proximæ lineis albis & nigris alternis cymatili ductu variæ. Rostrum duos digitos longum tenué Scolopacis rostro simile, ad basim obscurè rubrum summâ parte nigrum. Lingua acuta tenuis non divisa. Mandibulum superius longius, in ipsâ extremitate nonnihil incurvatum. Oculorum Irides avellaneæ: Nares longæ. Pedes pulchrè rubent, unguibus exiguis nigris. Digitus posticus perexiguus ungue pusillo. Anticorum intimus minimus. Omnes inferiùs membranâ connexi, extimus autem latiore, & quæ ad secundùm usque articulum extendit.



Avis Pugnax

I V.

FIGURA I.

A V I S
P U G N A X.
EX JONSTONO.

Pugnacis nomine hæc Avis a cæteris distinguitur eo, quia inter mares interdum tanta contentio fiat, ut continuò pugnant, & se se mutuò occidant, donec cum fæminis numero pares evaserint.

Ruffo plerumque donatur colore hæc Avis; Ventrem verò fuscum habet, ut & podicem albicanem, alasque subalbicantes maculis multis magnis transversalibus tortuosis distinctas. Caput ipsi nigrum est, at magis pennis candidis in extremitatibus nigris, veluti galeâ, quas dimicatura erigit, exornatur, ut ex icone observari licet.




PLUVIALIS Viridis;
Pardalis
seu,

C L A S S I S VI.
A V E S
A Q U A T I C Æ,
ROSTRIS BREVIBUS INSECTIVORÆ.

F I G U R A I.

P L U V I A L I S
V I R I D I S
S E U
P A R D A L I S.



Æc Avis quæ apud Italorum vulgus *Piviero* vocatur, magnitudine Vanellum æquat superatve. Color in vertice, cer-
vice, scapulis, dorso & in universum supinâ parte totâ niger,
maculis luteo-viridibus crebris variè respersus. Singulas plu-
mulas, si consideras, media cujuscunque pars nigriscat, oræ,
seu margines maculis circumcirca luteo viridibus pinguntur.

Caput pro corporis mole quâm in Tringis grandius. Rostrum rectum, nigrum longi-
tudine digitali, circa nares sulcatum: collum breviusculum, & Vanelli par. Venter,
albus laterales tamen pennæ non apicibus solum sed & lineis transversalibus variegantur.

Digito postico caret, quâ notâ sola a reliquis hujus generis, fatis distinguatur;
fides hinc non fit ab illâ præsenti figurâ nostrâ: ac quoniam in alio genere, quæren-
dus haud erit, pro nothâ illius pluvialis viridis specie omnino haberri necesse est.

Tom. V.

D d

FIGU-

FIGURA II.


PLUVIALIS
CINEREA
SQUATAROLA
VENETIIS DICTA.
EX WILLUGBEJO.

CApum, dorsum, tegetes alarum minores nigræ apicibus plumarum ex cinereo viridibus. Mentum album, Gula lineolis seu maculis oblongis, fuscis distinguuntur; Pectus, Venter, femora alba.

Pennæ alarum remiges 26., quarum primæ seu extimæ nigricant: quarta exterioris limbi mediâ parte albet, albore in quinque sequentibus paulatim acuto. Secundo pennarum ordine extimæ itidem nigræ; post quartam sequentium apices albent, & a decimâ etiam fimbriæ. Tertiī ordinis anteriores decem nigræ, apicibus albis. Cauda tres digitos longa, non forcipata, areis seu spatiis transversis albis, & nigris varia.

Rostrum nigrum, plus digitum longum, hujus generis reliquorum simile. Lingua non divisa. Pedes sordidè virescunt, unguis parvi, nigri. Posticus digitus valde exiguis. Antici divaricationis initio membranâ copulati; intimus minore.

Vesiculam-Felleam obtinet. Hujus quoque caro laudatissima, & delicatissima.



PLUVIALIS
Cinerea.

58 DE AVIBUS DANUBIALIBUS.

FIGURA III.

PLUVIALIS
F L A V O -
V I R E S C E N S.
M A S.

CRURIBUS sordidè-virentibus in unâ; in alterâ ex Plumbo viridibus. Quum in
istarum Avium nonnullis, ut observavit Leonardus Baltner, Auceps Argentoratensis, Sexus, Colore Pedum, differant.

Tom. V.

F f

FIGU-



PRUVIALIS Flavo-
Virescens; Mas.

60 DE AVIBUS DANUBIALIBUS.

FIGURA IV.

PLUVIALIS
FLAVO-
VIRESCENS.
FOEMINA.

CRURIBUS sordidè-virentibus, in unâ; in alterâ, ex Plumbo viridibus. Quum
in istarum Avium nonnullis, ut observavit Leonardus Baltner, Auceps Ar-
gentoratensis, Sexus, Colore pedum, differant.

Tom. V.

Gg

FIGU-


PLUVIALIS Flavo-
Virescens; ♂ emma.



FIGURA V.

PLUVIALIS
F U S C O -
C I N E R E A
R A R I O R S P E C I E S .

Color eam maximè a cæteris distinguit, fuscus, Collum, Tergus ac Alarum scapulares oræ, atris scutulis ubertim sunt notata. Rostrum basis superior aliquantum albicat. Pectus, ad ventrem usque, villosis atro-cinerescentibus plumulis intectum; Remiges atrescunt, Marginibus, seu oris albis. Pedes item. Quæ cuncta melius tamen ex ipsâ picturâ cognoscentur.



Pluvialis Fulco-Cinerea

FIGURA VI.

PLUVIALIS
FLAVO-
CINEREA.

Accedit hæc Avis ad Cinereum Pluviale, maximè quoad constitutionem Corporis; attamen paulò minor est, ita ut Hirundinis vulgaris magnitudinem vix ac ne vix quidem superet. Totaque adeò Corpore magis flavescit altera, & Collo, ac Pectore, maculis pluribus obscuris est inspersa. Remiges, quæ ad Uropygium usque excurrunt, unà cum illo nigrificant. Rostrum aliquanto productius est, ac in extremitate incurvum.

PLUVIALIS Minor.







PLUVIALIS Havo-Cinerea.

66 DE AVIBUS DANUBIALIBUS.

FIGURA VII.

PLUVIALIS
MINOR
ALAUDÆ
VULGARIS
MAGNITUDINE.

P Lumeo vestitu suo, Pluviale majorem, non penitus refert.



GALLINULA Chloropus.

68 DE AVIBUS DANUBIALIBUS.

CLASSIS VII.

I

AVES AQUIS

INNATANTES

F I S S I P E D E S

(QUIBUS DIGITI NULLIS AD LATERA MEMBRANIS AU-
GENTUR; GALLINULÆ AQUATICÆ DICTÆ)

G A L L I N U L Æ,

V E R I U S

P L U V I A L E S,

PLUVIARIÆ DICENDÆ ESSENT; QUOD LOCA IMBRIIBUS
MADIDA, ET PALUDES FREQUENTENT.

F I G U R A L

G A L L I N U L A
C H L O R O P U S.

R A R I O R S P E C I E S .




Imilis est hæc Avis aliquatenus illi, quæ a Willugbejo Ornithologiæ Lib. VIII. Part. I. Sect. V. Cap. V. §. I. Gallinula Crythropus major vocatur. Discrepat in hoc, quod Rostrum Proboscide flavescente, ita extensa insignitur, ac si ipsissima esset Gallinago. Atque Collum, Gula, Mentum, tam anterior quam posterior Capitis pars, pluribus ferrugineis, ac flavis maculis tincta videntur; Pectore, Ventre, ac Cruribus colore plumbi: Alis fordidè livescientibus, seu olivaceis. Cauda exigua, eademque villosa, quasi apparet: Pedes, virescunt. Rostrum ultra 3. digitos longum.

Tom. V.

L 1

II.



F^lULICA.

70 DE AVIBUS DANUBIALIBUS.

II.

AVES NATATRICES
FISSIPEDES
DIGITIS AD LATERA MEMBRANIS AUCTIS
GALLINULIS AFFINES.

FIGURA I.

F U L I C A
EX WILLUGBEJO.

ROstrum huic Avi est Sesquipedale (non verò ex ceruleo album, sed quasi roseo colore, seu carneum) acutum parum compressum: Mandibulæ aquales. Pedes cærulei seu ex fusco virides. Posticus digitus parvus, cui unica membrana adhæret; non semicircularis, sed per totam longitudinem extensa: Anticorum intimus extimo paulò brevior: omnes autem digiti longiores, quam palmipes. Ad Articulos digitorum membranæ semicirculares appensæ, prætenſæ sunt; intimo digito duæ, medio tres, extimo quatuor. Ab interiore digitorum parte membranæ circulares majores sunt, & magis distinctæ, adeo ut anguli seu crenæ intermediæ ad ipsos usque articulos penetrent. A rostro ad verticem ferè aſurgit excrementia, seu globus carneus, mollis, glaber, rotundus, nudus, quem calvitem vocant. Plumæ circa collum, & caput humiles, molles, & densæ. Color ubique niger, intensius circa caput. Pectus, & venter plumbea. Pedes ad articulos genuum creditos, ferè plumis tecti, supra articulos, ubi plumæ incipiunt, circulus lutescens. Primæ decem remiges, ex fusco nigræ; proximæ octo dilutiores, apicibus albis. Ultimæ intensius nigricant. Cauda 12. pennis constat; duos digitos longa.

Hepar magnum in duos lobos divisum cum cysti felleâ pariter grandi. Appendices intestinorum, seu intestina cæca, novem digitos longa, extremitatibus ad digiti intervallum reduplicatis; nidum ex Gramine, Arundinibus &c. construit, inter arundines in summis Aquis fluitantem, ut unâ cum aquâ attollatur, & subsistat, eumque arundines fistunt, ne cum flumine devehatur. Rariùs arboribus infidet.

Figura ut toto corporis habitu Gallinulas refert, ad quarum genus procul dubio pertinet.

Tom. V.

M m

III.

RECVRVI-ROSTRA.



III.

A V E S
PALMIPEDES
LONGICRURÆ ANOMALÆ.

FIGURA I.

RECURVI
ROSTR A.

EX JONSTONO.

HÆc Avis, quæ apud Italos *Avosetta*, *Spinzago d'Aqua & Bevostorta* dicitur, magnitudine columbae, aut paulò gracilior est, rostro nigro sursum tendente in extremo acuto quinque digitorum ferè longitudine. Corpore supino toto albo, capite, & cervice superiùs ex fusco nigricante, pedibus coloris cyanei diluti, digitis membranis junctis. Cruribus longis, ac ideo posteriore digito, qui pro calce est minuto. Vox ipsius est *Crex, Crex.*




ONOCROTALUS, sive PELL-
CANUS, Aldrov. Willughb.
pag. 246.

CLASSIS VIII.

AVES PALMIPEDES
TETRADACTYLÆQUIBUS DIGITI OMNES MEMBRANIS INTER-
CURRENTIBUS CONNEXI SUNT.

FIGURA I.

ONOCROTALUS,
SIVE
PELECANUS,
ALDROV. WILLUGB. p. 246.
EX WILLUGBEJO.

Uic Avi quæ ab Aldrovando censetur Aristotelis Pelecanus, Onocrotali nomen impositum fuit, quòd edat vocem rudenti Asino persimilem. Apud Italos vulgò dicitur *Grotto*, e *Molinaro*. Ipsi color totius Corporis est albus: Collum tamen flavicat. Dorsalium pennarum scapi nigricant. Caudæ & alarum tegetes ex fusco cinerascunt, ut in Anseribus. Extremæ remiges nigræ. Rostrum versùs caput coloris plumbei, extremitate flavicante. Mandibula superior lata depressa; Inferior duæ longæ costæ, alterâ extremitate junctæ intercedente membranâ crassâ seu cute luteâ quæ ad gulam etiam ultra rostrum extenditur. Ad extremum rostri tuberculum extat; ultimus verò ejus apex incurvatus est, & aduncus: Nares ad supremam rostri partem juxta plumas capitis supra rimam seu canalem rostri, quæ etiam in Anfere Bassano cernitur sitæ, rotundæ. Oculorum irides ex cinereo flavicant, seu potiùs albicant. Pedes plumbei. Tibiæ supra articulos genuum vulgò, sed falsò dictæ, nudæ. Digihi quatuor intercedentibus membranis unà juncti.

Ingluvie eâ parte, quâ capiti adhæsit colligata, ad aquam ejiciendam Piscatores uti solent: quia humiditate corrupti nequit, multo tempore utilis est.

Tom. V.

O o

FIGU-



CORVUS AQUATICUS.

FIGURA II.

C O R V U S
A Q U A T I C U S.

E X W I L L U G B E J O.

Magnitudine ad Anserem accedit. Color in supinâ parte fuscus, cum quâdam obscuri viroris tinturâ splendens, & omnino qualis Graeuli palmipedis. Pectus, & Venter albicant. Remiges pennæ in singulis alis triginta aut circiter, quarum apices extremi, & ut secundi ordinis cinerascunt nonnihil. Cauda palmum & dimidium longa ultra pedes extenditur, extremâ circumscriptione, cùm expanditur, subrotunda, interius concava. Rostrum quale Graculis palmipedibus extremo aduncum. Mandibula superior nigra marginibus auctis: Mandibulæ inferioris margines compressi, lati. Lingua exigua & ferè nulla. Oculi proprius ad aperturam oris siti sunt, quâm in aliis plerisque Avibus, iridibus cinereis. Crura valida, brevissima, crassa, lata, & compressa, saltem in junioribus. Pedes, & unguis nigri, cute tecti in squamas non integras, sed cancellatas divisa. Digi-
quatuor omnes antici, latâ, & nigrâ membranâ simul juncti. Extimus longissi-
mus est, reliqui ordine breviores. Medii unguis parte interiore ferratus est.



MERGANSER

CLASSIS IX.
AVES
ROSTRO ANGUSTO

IN EXTREMO ADUNCO SERRATO MERSI DICTÆ.

MERGANSER
EX WILLUGBEJO.



Igura corporis oblonga est. Dorsum latum & planum. Caput cum superiore Colli parte ex viridi seu cœruleo splendente nigricat: inferior colli medietas alba est cum aliquo splendore. Superior tamen infimi Colli pars, dorsum medium, nec non scapulares pennæ interiores nigræ, (exteriores albæ sunt.) Dorsum inferius delicate cinerascit. Utrinque juxta uropygium, inque suo uropygio & femoribus plumæ transversis fuscis lineis veluti irrorantur. Cauda tota cinerea est.

Pennæ Alarum nigræ sunt sed apicibus albis donantur. Rostri mandibula inferior nigra est ad latera utrinque ruffa sive punicea; Apice nigro adunco totum denticulis introrsum spectantibus serratum. Lingua, & palatum flavescent.

Cirrum in capite propriè dictum non habet: plumæ tantum laxiores sunt, & surrectiores solito, unde & caput majus iusto apparet. Aures rotundæ sunt; Nares amplæ; oculorum irides sanguineæ. Pedes coloris miniacei elegantis. Posticus digitus membranulâ acutus.

Tom.V.Tab 8.

COLYMBUS Major;
Cristatus.



I I.

AVES PALMIPEDES
PLATYDACTYLÆ

FORTASSE RECTIUS QUAM PALMIPEDES DICENDÆ, TE-
TRADACTILÆ DIGITO POSTICO SOLUTO

ROSTRO ANGUSTO

ACUTO, IN EXTREMO NON ADUNCO BRACHYPETRÆ
ET URINATRICES, COLYMBI DICTÆ

FIGURA I.

COLYMBUS
MAJOR
CHRISTATUS.
EX ALDROVANDO.

ROstri utraque mandibula, quâ capiti conjungitur, croceo colore tingitur. Caput in vertice nigrum, inferius cinereum, qui colores prope oculorum qui flavi sunt finem conjunguntur. Ab occipitio demittuntur cirri nigri. Cervix quoque nigra: quod reliquum est in Collo inter ferruginem, & roseum ambigit. Pectus, venterque ex cinereo alblicant: dorsum & alæ nigræ sunt, sed harum costæ, & extremitates alblicant. Cauda prorsus nulla. Uropygium ex cinereo nigricat. Crurum, pedum, & unguium eadem constitutio quæ in majori Colymbo non Christato.

Tom. V.

R r

FIGU-

Tom VI Tab 39.

COLYMBUS MINOR.

